Beger, Lorenz: Examen Dubiorum Quorundam I. An Cicero Proconsul Asiae appellari possit? II. An Quirinus Memmii cognomen sit? Et Nomina Tribuum, Nominibus Romanorum adiecta, etiam Cognomium formam admittant? III. An Corona Isthmiaca ex Selini Semine? an ex Foliis plexa fuerit? IV. An hemistychium Statii, Nec Adhuc Implere Tiaram, Paschalius recte pro Munera Regia Obire sumserit?
Berolini, 1604 [i.e. 1704] Seite 5






In quo vox *Capitolinus* non tantùm Jovis, sed & Petillii cognomen est, secundum Horatium:

*Mentio siqua*
*De CAPITOLINI furtis injecta PETILLI.*

Ita in Antonii Nummo




PIETAS, & Pietatem Deam in figurâ expressam significare, & simul cognomen L. Antonii esse, nemo non videt, docente Dione Lib. 48. Λούκιος μετὰ τῆς Φουλβίας τῶν τε πραγμάτων, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Μάρκου τούτου δρῶν, ἀντελαμβάνετο, καὶ οὐδενὸς αὐτῶν ὑφίετο. Διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν Αδελφὸν εὐσέβειαν, καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ ΠΙΕΤΑΝ ἐπέθετο. *Lucius Antonius causæ societate cum Fulvia contractâ, ac si id fratris sui Marci causâ faceret, strenuè rem agebat; nam propter suam in fratrem venerationem sibi cognomen PIETAS sumserat:* Addo & Nummum L. Aquillii Flori




In quo vocabulum *Florus* identidem & cognomen est, & ad Florem expressum respicit: Et Nummum L. Lucretii Trionis,

 In